



36a

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

138

M N H M O E T N O N

V I R I

NOBILISSIMI AMPLISSIMI
DOCTISSIMI QVE

IOANNIS GVILIELMI
HILDEBRANDI

IN ILL. GYMNASII GOTHANI CLASSIBVS SVPERIORIBVS
DOCENDI ET ALVMNORVM COENOBII INSPECTOREM AGENDI
MVNERE VLTRA ANNOS LIHL FIDELISSIME
PERFVNCTI

CANITIE ET MERITIS VENERANDI

INEVNTE AETATIS ANNO LXXXVII

D. XII IANVAR. A. MDCCCXVI.

PLACIDA MORTE AD IMMORTALIA TRANSLATI

D. XV. IANVAR. PARTE CADVCA FVNERE MATVTINO
DECENTER HVMATI

MEMORIAE ET HONORI DEBITVM

SVOQVE ET COLLEGARVM NOMINE

CONSECRATVM

A

IO. HENR. STVSS

GYMN. RECT.

GOTHAE LITTERIS REYHERIANIS.

46







nter amoenitates historiae litterariae, quatenus circa enarranda singularia quaedam, & memoratu maxime digna in eruditiorum vita et fatis versatur, ea saepe, quae de senio eruditiorum commentati sunt scriptores varii, (a) loco non postremo sunt ducenda. Vii nempe rati sunt nantes in gurgite vallo, quorum communes vitae humanae terminos, et ipsam annum octogefimum supergreditur longaeuitas, praesertim si diuina benignitate ipsis contingat, vt, annis ingrauescentibus minus fracti ac debilitati, sensuum et mentis integritate gaudeant, vt ventri bene sit, et lateri, et officium pesque manusque faciant; ita non potest non miraculo ferre simile, et obseruatu dignissimum videri, si inter litteratos, nimia vt plurimum fessione, non nuntquam et studiorum intemperie, corpus sibi causillarum contrahentes, et in primis, si inter iuuentutis moderatores, quorum vitae ratio ob taedia innumera, bilem mouentia, et catenatos in vmbra illa et puluere scholae labores, sanitati inimica censetur, (b) tamen exsistant viri octogenariis maiores, lique nec rude donati, nec emeritorum beneficia et otia desiderantes, sed munis suis vsque ad extremum ferre spiritum strenue persurgentes.

Tale

(a) Eruditos *paucos* permultos, qui octogefimum aetatis annum superauerunt, nominatim iuxta numerum, quem attingerant, annorum recenit HENNINGVS WITTENIVS praefatione diarii biographici. Theologos semitaeculares epistola inigni gratulatoria ad Jo. Gottfr. Olearium, Superintendentem Arnsstadensem, a. 1709. perscripta, enumerat ille admodum diligens huiusmodi obseruationum singularium conquisitor, GE. HENR. GOETZIVS, Superintendentus Lubecensis. His audenda eiusdem Doctores subel. Aetate, ad Constant. Anstoyf. Lehmannum, archidiaconum Doelebenensem emouitum a. 1711. consignata. In his p. 19. reperit epistaphium sequens, in Petr. Dreierum, archidiaconum ad S. Iacobi Lubecensem, ob praes. aetatis et solit. vno loco peracti, annos nuntum centia. b. nostro Inspectore Hildebrando parallelissimum exhibens, et ad hunc facile accommodandum. M. Petrus Dreierus Lubec. anno 1569. natus, in ministerio ecclesiastico sacrae huius aedis non sine multis magnisque laboribus transegit annos 54. tandemque, praemissa nouem liberis, et cum variis consuetudine acriminis, anno Christi 1639. actate vero 87. die Natal. Dn. pie denatus, nunc in caelis aeternum triumphat. Maiori apparatu hoc argumentum pertrahant CHRISTIAN. GÖPPF. HOERMANNVS *differtat. de Senio eruditiorum*, praefide M. Christiano Altmanno Lips. 1712. *hebraea*, et aliquot centurias eruditiorum *paucos* strictim exhibente. Mitto alios. Non possunt autem non optare, vt plurimum in manibus sit lectu digna meditatio *de singulari Dei praesentia in senectute et senes*, qua senis, toti orbis erudito venerabili, CHRISTOPH. AVG. HEYMANNO natalem LXXI. a. 1722. gratulari sunt fratres veterini, el. Lycei Rudolphopolitani Rect. IO. GOTTF. HELF. ROSA, & M. CHRISTIAN. DAVID ROSA, V. D. M. Diana etiam censio, quae heic legantur, verba celeberr. IAC. FRID. REIMANNI *Biblioth. histor. litter. crit. seu catalogi bibloth. Reimn. systematico-critici tom. II. p. 259*, vbi inter alia ad hoc

argumentum pertinentia R. H. Rollii *differt. de eruditiss. claustrico maximo dentis, Kobl. 1707*. ediam haec cum epistola recenit: *Caé honoré ais: huc, inquam, ut scias, non vniuersalem esse canonem, quem in ore habere solent medicorum filii: litterarum stultis breuiari vitam. . . Erenim huius rei contrarium docet P. D. Huetius commentar. de rebus ad se pertinentibus, p. 41. Docemus nosmet, annum 71. aet. fore egressi. Docet *differtationis huius auctor*, qui *so. viro eruditior velut in tabula conspiciendos filii, qui omnes annum claustricum manserunt, & c. & c. attingent, usque huc suis exemplis probant, studia litterarum non obesse longaeuitati.**

(b) Missis, quae magno numero heic laudari possent, *differtationibus, de morbis litteratorum*, quas inter eminent. elegans illa Bernar. diui Ramazzini, *diatribae de morbis artium, in operibus iunctim editis p. 642. subijunctis; it. de morbis concionatorum, de diaeta litteratorum*, cetera non possunt non *uoluerit sui rite etiam Orlae 2249. mentionem inlicere exercitationis epistolae, de morbis doctentium in scholis, corumque medela, qua b. D. CHRISTOPH. CONR. SICHELIVS, medicus Noriburgus, mihi amissimum, cuius existant casum clinicorum aliquot decades, mensé Octobri a. 1728. mihi, Ilfelda post tria lustra in manuore concredidit, et opusculis ibidem exactis, Gotham ad suspiciendum rectoris munus abeuntis, gratulatus est; cuiusque amicis, legere forte cupientibus, facile copia fiet. Liceat hac occasione alterius etiam veteris amici mei, scriptis bona fruge plenis celebre inter eruditos nomen indepti, *vt in 2. alysis, FRID. CHRISTIANI LESSERII, Senioris tandem inter verbi diuini Ministros in imperiali Noriburgi, a. 1728. mihi, Ilfelda post tria lustra in manuore concredidit, et opusculis ibidem exactis, Gotham ad suspiciendum rectoris munus abeuntis, gratulatus est; cuiusque amicis, legere forte cupientibus, facile copia fiet. Liceat hac occasione alterius etiam veteris amici mei, scriptis bona fruge plenis celebre inter eruditos nomen indepti, nuntio facere.**

Tale autem, tamque memorabile exemplum, ad commendationem vitae scholasticae, si minus iis, quae ab hominibus proficisci debebant, ornamentis, certe diuturnitate haud poenitentis diuinitus nonnumquam honoratae, faciens, iam praebet illustre Gymnasium Gothanum, quippe quod inde a primo huius saeculi anno inter fidelissimè laboriosos superiorum classum magistros aluit IOANNEM GVILHELMVM HILDEBRANDVM, alumnorum viginti quatuor coenobii Anguliniani per ipsos quinquaginta quattuor, et quod excurrit, annos Inspectorum optime promeritum; et, quod mireris, atque in laude ponas, secundum illud Martialis, *quod sit, esse velis, nihilque mali*, vno eodemque loco ac nidulo contentum. Quidni igitur dignus censetur tam rari exempli vir, cuius memoria, multorum quidem, quos memores sui fecit merendo, mentibus infixis, breui tamen vitae etiam et meritorum enarratione ab oblivionis iniuria, indignis modis et praeter morem maiorum hodie grassante, vindicetur?

In consignato diligenter, quod sequimur, vitae curriculo, Herbslebii, ditioris Gothanae, in vicinia Tenfladii, non tam pago, quam vico grandiori, generosissimae GENTI FOERSTERIAE, ac RYDOLFINAE sedem praebente, natum se proficitur noster anno superioris saeculi sexagesimo nono, die XXII. Nouembris, patre DAVIDE GVILIELMO HILDEBRANDO, praepetore ibidem classis Latinae, academicis etiam studiis Lipsiae exulto. Hunc vero itidem mire μακροβίον fuisse, atque a $\text{C}1816\text{CXX}$. die VIII. Octobr. ineunte aetatis anno octogesimo sexto, officii quinquagesimo nono, cum substituto, septennio ante obitum, adiutore subleuatus esset, e viuis excessisse, amicus Herbslebenfis e diptychis ecclesiasticis me docuit. Igitur gentilitia quadam *ioφουλα* atque *ioφουλα*, cuius etiam alia inter eruditos exstant exempla, tanta corporis firmitate tam longaeuus etiam fuisse videtur noster HILDEBRANDVS. Mater (licet in gratiam familiae haec addere) fuit MARIA CATHARINA, IOANNIS MADLVNGII, *ecclesiasticae et adiuncti* (vri huius in terris vocantur chorepiscopi, superintendentium vicem gerentes) *Warzensis* filia. Huius vero coniugem memorat KVRIGVNDAM, natam LEICHERIAM. Auum paternum (qui faber ferrarius, a $\text{C}1816\text{CXX}$. incertum quo anno aetatis, defunctus dicitur in modo memorata narratione) laudat IO. HILDEBRANDVM, in bello tricennali multa acerba passum, huiusque coniugem MARIAM, natam KAYLIAM. A parentibus recte & religiose se educatum, et a patre speciatim radimentis Latinae linguae, vsque ad annum aetatis XV. imbutum, eo ipso vero, qui esset haeculi octogesimo quartus, in Gymnasium Gothanum adductum, atque a b. GE. HESSO, rectore, inter alumnos classis secundae relatum; in classe vero deinde prima et selecta, vsque ad annum saeculi nonagesimum rite institutum, tandemque exacto sexennali curriculo scholastico, haud sine rectoris bono testimonio, in Academicum henensem dimissum fuisse tradit. Haec clarissima illa nomina, in philosophicis in primis HEBENSTREITIVM, in mathematicis WEIGELIVM, in theologicis BECHMANNVM sese per biennium audiuisse, et studiis quidem academicis diutius immorandi cupiditate flagrasse; at a patre, quod hic sumibus ferendis non esset, nec subsidia alia sufficerent, domum reuocatum esse scribit, eo quidem consilio, vt sequenti anno Lipsiam adiret. Id vero consilii interceptum esse, oblata, beneuole ipsum commendante b. RVMPFELIO, classis Gymnaasii Gothani profectore, conditione formatoris liberorum generosissimi de FASOLD, praedicti perillustri familiae Sebachianae Microfahnerani eo tempore conductoris. Haec sparta, vri porro habet ipsius narratio, per biennium et menses sex cum functus esset, ab aunculo, IO. SEBASTIANO MADLVNGIO, *polygrapho Isenacensi*, d. KRAYSOLDO *arbitrario ibidem Ducali*, commendatus, firmilen, insinimenda huius quoque sobole, suscepit. Hocce loco gratulatur sibi de insinimanda occasione proficiendi in sacratori disciplina (nempe, qua penitus imbutum fuisse, res ipsa, et vita omnis deinde docuit, *εν τη κατ' ευσθεσιαν οδωκαλια*, nucleum nucis, et medullam tritici, vri ait Lutherus, scrutante, nec in cerebro aut labris tantum haerente, sed pectus intimum adficiente, et vitae actus dirigente) ductu, celeberrimi deinde theologi Halensis, PAVLI ANTONII, tum Aulae Isenacensi a concionibus saeris, iis, qui rerum diuinarum scientiae, et obundo in ec-

clesia muneris sacro se consecrasset, libros ecclesiae nostrae symbolicos, deinde et Proverbia Salomonis, cum applicatione ad studium pietatis, exponentis, et auditores ipsos ad proponenda huiusmodi meditamenta aduocantis. Eo vero in Academiam Halensem euocato, successorem, b. MVNCHIVM, pertractata maxime priori epistola Ioannis, idem institutum continuasse, atque, ut auditores ipsi in explicatione solidiori, et eliciendis, quae dicuntur, porismatibus, idque Latino etiam sermone, nec non concionibus priuatim; nec sine sublequenti centura, habendis, sese exerceant, magno ipsorum commodo exegisse, refert.

Biennio ita Ihenaci exacto, Gotham sese in aedes b. KVNHOLDI, Consiliarii Aulae et Camerae duacis, erudiendorum filiorum causa delatum, per annos quatuor in hoc studio desudasse; atque interim collegio ascetico b. Superintendentis generalis FERGENII, nec non collegio praeparatorio ad ministerium ecclesiasticum a b. D. IO. ERN. GERHARDO, sacri synodii adfessore, atque inspectore ecclesiarum provinciali, (c) auctoritate publica habito, interfuisse; atque ad sacrum in ciuitate Dei munus rite obeundum, sese totum, et quidem haud imparatum, aspirasse, scribit.

Diuina autem providentia factum, ut, cum a. c. 1700. c. 1. b. IO. CONR. KESLERS, munere inspectoris coenobii eo tempore functus, in locum subeonecloris, IO. HIERON. WIEGLEBII, Halam vocati, successisset, vacua illa sparsa nec opiantis, nec ambiens, immo ferme detrectanti, sibi offerretur. Grauisissimis tamen cohortationibus Fergenianis, et manifesto nutu diuino permotum, munus illud, cuius antea reformidasset onera ac molestias, sacerdotium quippe praepotans, sese fulcepisse, inique illud a venerandis Ephoris, praesentibus rectore et collegis Gymnasii omnibus, atque numerosissima iuuentute, studiis tum operante, mense Octobri dicti anni, rite introductum fuisse, narrat.

Deinde coniugii sui cum virgine lectissima, MARIA SOPHIA ZINCKER-NAGELIA, b. HENR. ERNESTI ZINCKER-NAGELII, *Sattelschadenium quondam mysticae*, filia, tum plane orba, atque in aedibus, virtutis et meritum fama vere illustri Viri, LVDOVICI ANDREAE GOTTERI, *consiliarii aulici Saxonici, quique Serenissimo DVCI FRIDERICO II. ab epistolis secretioribus* erat, eo tempore educata, anno saeculi huius quinto, die XXIII. Nouembr. auspicio misit, mentionem facit; idque cum coniugis huius virtute, pietate, morumque suauitate sibi felix fortunatumque, tum et prole exoptata, duobus nempe filiis, et siliabus sex, sed praeter siliam vnam superstitem, tenera aetate non sine suo inatrisque moerore extinctis, fecundum fuisse, commemorat. Erepta autem beata quidem, at ipsi luctuosa morte est, postquam lenta labe confecta ellet, amabilis illa vitae focia die VIII. Octobr. a. c. 1700. c. c. c. c. cuius etiam elogium stilo lapidari scripsit b. rector VOCKERODVS; e quo facere non possum, quin frequentia, heu nimis quam vera! exceperam. *Prorsus ad hoc nata et educata videbatur beata, ut coniuncto in quotidianam et perpetuum certamen cum omnis ordinis et dignitatis alumnorum impotentia, dum hanc coenobii legibus et institutis coercere debet; ut et cum magna et ferociore parte populi futuri: quales esse plerumque solent, qui literas in curriculis superioribus persequuntur, nec adhuc otio, quod illi rei tribuitur, vti recte possunt et sine offensione eorum, qui illud debent regere ad legum praescriptum, ad mitigandas acrimmas, sanandas offensiones, rescindendumque curis et laboribus festum animum, praesto esset, durissimamque provinciam saceret tolerabilem.* Iam quaeso vos, Lectores humanissimi, annon admirandum omnino videtur illud ob-

(c) B. IO. ELIAS REICHARDVS, professor classis selectae Gymnasii Gothani optime promeritis, in Memoria inspectorum eccles. provincialium, quotquot sub felicissimis ERNESTI PII, FRIDERICI I. et FRIDERICI II. auspiciis sacro muneri praesbuerunt, rescripta a. 1720. cum ipse eorum successor constitutus esset, de theologo illo insigni, IO. ERN. GERHARDO, Io. Ernesti filio, et magni Io. Gerhardi nepote, inter alia memoratu digna refert, quod ephorice huius sacrae, postquam illa per annos

XVIII. vacasset, a. 1694. admotus, eaque perfunctus sit ad annum vsque 1697. quo ad cathedram theologicam in Academia Gissenam vocatus abierit, vbi et a. 1707. obiit. Ea vero, quae de collegio praeparatorio ad munus ecclesiarum haud commotum, b. nostro Hildebrando narratur, haud commemorat. Ceterum etiam in Lexico eruditorum biographico mentio fit operis pastoralis, cuius ferme absoluti editio morte praematura viri optimi fuerit intercepta.

firmati animi robur, quo ultra ipsos triginta et unum annos in viduitate illa, et simul quasi in pistrino aerumnabili perduravit nosse? Id vero ut facilius fieri posset, primo, postquam coniugem amisisset, octennio effecit, quam solam reliquam habuit, filia tum ferme adulta, **ELEONORA SOPHIA**, cuius pietatem et in procuranda re domestica diligentiam idem etiam in illa vitae suae enarratione collaudat. Nec minus solatio illi fuit felix faustumque eiusdem matrimonium, anno saeculi huius trigésimo secundo, cum viro amplissimo, consulsissimoque, **CHRISTIANO HENRICO HAGERO**, primario heic eo tempore iudicum castrensi, iam superioris ordinis praefectum Tennebergensem agente, contractum. In huius nempe aequae ac filiae pia observantia molestiarum levamentum insigne, aetas eius tantopere ingravescens, benigno summi Numinis pronisu, invenit: nepotibus etiam duobus, iam absoluto studiorum cursu, in aditu honorum constitutis, et nepibus binis, quarum una itidem honeste est elocata, quibus et nuper accessit proneptis, multa laetandi argumenta patri, locero, auro, proano, aetate et meritis venerabili, adferentibus.

Hactenus ea, quae ipse beatus de se suisque commemoravit, perfecti sumus. Nunc addenda quae modestè tacuit. Atque heic primo loco occurrunt praelarae animi, multa sane doctrina perpoliti, dotes: in quibus eminent cum nativa, tum et optimis studiis, et longo rerum usu confirmata de rebus iudicandi, quid verum atque decens, perspicendi, et in futurum prospiciendi vis, nec non memoriae felicitas. Hac nempe linguae principes, Latinam, Graecam, Hebraeam, et adhaec, hand perfunctorie ipsum fuisse complexum, praeter laudabilem publice eas docendi dexteritatem, comprobat praeslitia per longum annorum spatium florenti heic officinae typographicae Reyherianae opera, ut libri exquisiti, eruditum et lyceum requientes emendatorem, emaculati prodirent. (d) Hoc etiam loco non possum non laudare

(d) Quod bonus Hildebrandus nosfer, loculis bona copia plenis, nequam autem acri inani timenti comparandus, inter correctores librorum typis exterisiorum eruditos, quorum centum iam **IO. CONR. ZELTNERUS**, **P. D. M. Noyens**, concessam a. 1766. edidit, omnino censeri mereatur, per scripto ab amplissimo REYHERO nostro Sen. testimonio confirmari potest. Speciatim vero ab hocce memorantur libri sequentes, eruditi et adcurata nostri opera emaculati. **IOSEPHUS GORIONIDES** Hebraeo-Latinus, a Io. Frid. Breithaupt summis Jac. Meußi Gothae editum 1727. 4. **IO. COCCII Lexicon Hebraicum**, ex edit. Francof. 1714. **E. Nouan Testamentum Graecum**, cum libris apocryphis, et praefatione E. S. Cypriani (exulceris hinc temporibus lecu dignissima) editum 1715. 12. **ERASMI SCHMEDI Concordantiae N. T.** ex edit. Gothana, quae cum praefatione E. S. Cypriani prodit 1717. In hoc libro emaculando locum habuit B. D. Keyserum, ICTum elegantem doctum, eo tempore theologiae studiosum. **HILARIAE ANGLICA**, grandis volumine edita ab E. S. Cypriano a. 1718. **Compendium Histor. eccl. Gothanum**, cum supplemento, seu libro tertio editum ab E. S. Cypriano a. 1723. **EDVARDI LEIGH Critica sacra V. et N. Testam.** ex editione quinta Latina, quae licentia vidit Gothae 706. 4. Cuius in praefatione legas, quae heic cum in finem repero, ut et B. KESLER per sexennium etiam, nempe ab a. 1760. ad 1766. quo Non. Febr. pie obiit, munere correctoris functi, Gymnasio Gothano certe hand poenitenda, memoria renoventur. *Tandem Lexicon Graecum in LXX. interpretis sui operi adiectum est, quod vir clarissimus, Io. Conr. Keslerus, subcorrector de Gymnasio*

Gothano bene meritis inter labores scholasticos ita elaboravit, ut eo Graecae litteraturae cultores ad intelligendam LXX. viroon edicem commode uti possint. In praefatione biblioplae, Jac. Meußi, editioni sextae V. Cal. Febr. 1735. praefixa, leguntur sequentia, sine dubio ad beatum nostrum referenda, quae aliquando mihi dicere meminim, se in hoc libro emaculando herculeo quodam labore esse desinectum. *Faciendum nobis putavimus, ut totum librum viro cuidam docto, cuius spectata nobis erat in scriptis, rescriptum secundum traderemus, quod laborum ex sacris litteris adscriptivum numeris exanimaret, depravata corrigeret, et integratit, quantum fieri posset, omnia restitueret. Nec tantum, ut priorum editionum errata corrigentur, operam dedimus, sed et, ne repurgatum denique exemplar negligentius exprimeretur, providendum ducimus, ideoque singularum pluralium prima epigrapha, priusquam eadum forma in plura transferretur, ut recognoscenda demandavimus, quarum iudicio et fide plurimum tribuimus.* **CONR. IO. CHRISTOPH. WOLFFI** accurata recensio lexicographorum Hebraicorum, Iudeorum et Christianorum *Bibliob. Hebr. tom. II. vbi p. 554. cum tomus hic a. 1721. prodierit, mentionem facere non potuit editionis sextae Criticae S. Leighianae a. 1735. publicatae. Adhenda igitur et haec, vti perpetua huiusmodi bibliothecae requirunt supplementa. Ceterum quae in Critica illa animadvertitionem mereantur, non solum laudamus a Wolfo Zasl. Graepius singulari dissertatione complexus est, sed et breviter grauterque monet Io. Henr. Maius sub finem praefationis Lexico Cocceii a. 1714. praefixae. Praeterea inter libros, opera nostris sphaematibus typographicis in officina Reyheriana purgatos, memorantur *Biblia German. ex edit. Selligmanni Ioh. Castellonii N. Testam. Lat.**

laudare eiusdem *βιβλιογραφίας* et *βιβλιοφιλίας* insignem, comparatamque, vi norunt, qui venditionibus librorum publicis apud nos interesse siveerunt, bibliothecam selectam. Quanta porro fide, diligentia, gratitate muneris sui partes idem expleverit, tradendis classis Gymnasii primae et secundae, linguae Hebraicae et Arithmeticae elementis, vsque dum ante aliquot annos sustinendis in illa laboribus leuaretur, in hac autem etiam illam bonae fragis plenissimam Scholam Latinitatis, auctoritate ERNESTI III a magno SECKENDORFIO conscriptam, tractando, adeoque et aliqua rerum notitia tirones imbuendo, vsque ad extremum ferme tempus perseverarit: quanta cura, sollicitudine, feueritate coenobii alumnos in officio continuerit; quam aeris et manu promptus fuerit petulantiae et improbitatis puerilis atque iuuenilis castigator; quam praeclaro denique pie integritatis, sobrietatis, frugalitatis exemplo vitam omnem egerit, tot annorum experientia satis apud nos notum peraugatumque est.

Immortalia vero etiam, eaque venerandis Superioribus, et docentium collegio in primis perfecta, eiusdem promerita exstant in curanda, quae custodiae eius iuxta rectorem credita, et cuius impiger promus condus fuit, Gymnasii bibliotheca; in administrando cum incrementis perpetuis sisco illo, quo collegarum viduis et orphanis liberaliter prospicitur: nec non in illa recentiori, augendis docentium stipendiis clementissime atque vnice destinata, pecuniae collatitiae legitima collectione atque dispensatione, cui itidem fide, adcuracione, constantia, etiam in aduersis summa, Solonis exemplo fretus senectute, (*ε*) quali quae flor quidam et arcatius, et praeterea chartophylax, et notarius, et propugnator commodorum Gymnasii, isque rerum etiam iuridicarum, et filii forensis haud imperitus, praefuit. Taceo virtutes, quas dicunt homileticas, modestiam ab omni iactantia alienam, humanitatem in congressibus, in promissis fidem, in officii praeflandis promptitudinem, in cauendis offensionibus, et seruanda pace et concordia, quantum fieri potuit, diligentiam, et quae fuit alia boni viri *δυσμυαία* atque *καθυσμυαία*, omni laude et praedicatione digna. Nec dubito, quin multa a me praetermissa in mentem veniant iis, quibus diutius atque intimius beatum nostrum nosse datum est.

Iam ad vltimum vitae actum quod attinet, mansit quidem illi, singulari beneficio diuino, mentis et memoriae, et oculorum, nullo vnquam vitio armorum, et manuum minime tremularum vigor, ac corporis exsuccici atque extenuati, quod et mole sua nunquam laborauit, et *γρηγοί κεν* denique fuit, vices sensum defecere, et genua labare coeperunt. Hinc octauo huius mensis die, qui et praegendae ephoriae consuetae postremus fuit, in coetu alumnorum, iam prandio imminuentium, cum animo fulciens, quod iam vacillabat, corpus, coenobium ingressus esset, graui lapsu supinus corruisset, nisi scabellum pone stans opportune labantem excepisset. Solus tamen inde, animo et spiritu recepto, nec desiderato adminiculante, in domicilium suum reuersus, mox lecto se committere coactus est. Lethalis autem, teste Medico experientissimo, D. VUCHNERO, ipsi fuit gangraena fenilis, ex infirmitate solidarium, et spontanea corruptione fluidarum partium coorta. Nempe idem refert, postremis vitae annis nonnunquam artuum doloribus illum adfectum, adhibitis autem vesicatoriis leuatum fuisse: at cum ante hebdomades quinque iterum illis vteretur, vlcus purulentum in pede remansisset; eoque tandem cessante, dextrum femur quinto ante obitum die acri dolore, cum insueta prostratione virium coniuncto, tactum; mox etiam partem tibiae inferioris oedemate, et vlcis gangraenosis, quibus et alia signa inflammationis ex stagnantibus humoribus internae accesserint, oppressum, omnem

ex edit. prima Gothana, 8. Grammatica Rejberiana Graeco et Latina, allegorice repetita. S. F. Lau-
rentianus Polissche Chronica. 1727. 4. Libri alii insignes, summis bibliopolarum Gedanensium, Silesiacorum, Brandenburgensium, Halensium, Lipiensium, Wittebergensium, Francofurtensium ad Moenum, in instructissima haec officina typis exscripti, in quibus emaculandis praeclare versatum esse nostrum, testis omni

exceptione maior est REYHERVS noster, ob actatam nunc etiam (siquidem Gothia alma femum nutrita est) et merita literaria venerandis, atque inter primarios Germaniae typographos postiteris etiam memorandus, silentio praetercuntur.

(e) CICERO de Senect. cap. XX. libro fenilis inprimis (iuuenes credent expertis) lectu iucundissimo.

omnemque opem medicam et chirurgicam frustra fuisse. Hac itaque ratione de-
 structa, quae tam diu mira firmitate durauerat, corporis machina, integro tanen
 usque ad extremum ferme halitum, vti ex responsionibus submissa voce redditus ad-
 paruit, rationis vlt, duodecimo huius mensis die, circa horam quintam vesperti-
 nam, annoque vitasque satur, atque vti paratissime, quis enim dubitet? ita et pla-
 cidissime et beatissime, inter adstantium preces et suspiria, expirauit: postquam in-
 de a. XXII. Nouembr. qui secundum saltos emendatos est III. Decembr. sextum et
 octogesimalium annuum viuendo expleuerat, et in octogesimo septimo vitra mensem
 integrum progressus fuerat; spartam autem aeternam per annos quinquaginta
 quatuor, et quod excurrit, ornauerat.

Vixit itaque et fuit HILDEBRANDVS noster, quem vere dicere possumus
 diu vixisse, non autem diu tantum fuisse, (f) id quod iis etiam contingit, qui, ab-
 domini tantum suo nati, sunt *isobrius azgos aegens*, quique (quod notare velim
 iuuenes, in labriceo aetatis constitutos, et ceros in vitium lecti) id aeni eo robore
 certe non attigisset, si libidinosa et intemperans adolescentia estoetum corpus tradi-
 disset senectuti. Iam quantum in hoc viro iacturam fecerit Gymnasium Gothanum,
 quam dignus ille sit, cuius in exemplum proponantur virtutes, cuiusque sancta no-
 bis et posteris sit memoria, quis non videt? Vitam vero omnes, quos mens con-
 scia arguet, senem optimum, certe non bis puerum, improbo a se ludibrio, aut
 maligna peruersicia laesum esse, serio poeniteat flagiti! Vitam, qui suo merito
 oburgantur in scholis, idque moleste ferunt, contra, vti Cicero noster praecipit, (g)
 delicto doleant, correctione gaudeant! Vitam, vt iterum verbis beati antecessoris
 vtar, in quotidianum et perpetuum certamen cum magna et ferociore parte populi
 futuri non coniciantur praeceptores! Vitam populus ille futurus, in scholis formandus
 et expoliendus, talis vbique sit, qualem esse decet, et oportet, et publice ex-
 edit, de quo tritum illud Ouidii vere dici queat: *ingeniua didicisse fideliter artes
 emollit mores, nec fuit esse ferax!* Vitam quotidiani illi numerosae pubis bene-
 factores, parentum loco habendi, non vnquam inimicis, gemitus experimentibus,
 et pugnam deposcentibus, sed amicissimis semper et obsequentissimis vtantur disci-
 pulis! At ne intempestas querimonias, et inania vota funebri elogio miscere videar,
 reprimo me, et Lectores bene animatos comprobaturus spero vota et solatia
 diuinorum, qualis noster fuit, martyrum scholasticorum, quae sequens ob oculis
 ponit epiphonema.

*Optandum, vt vigeat capitis reuerentia cani,
 Vt bene promeriti sint in honore senes.
 Vt nec terra neget meritum praemia natis
 Formandi in populi commoda mille viris.
 At si terra negat male grata, quid inde? rependet
 Fido omni seruo post pia fata Deus.
 Hinc, venerande senex, tu iam super ostra triumphas,
 Cuius memosynon pagina nostra vebit.*

(f) SENECA de breuit. vitae cap. VIII. Non
 est itaque quod quemquam, propter canis aut rugas,
 pariter diu vixisse: non enim ille diu vixit, sed diu
 fuit cet. Non alienum fuerit, heic etiam ad-
 scribere locum notabilem, supra, vbi de mor-
 bis litteratorum quaedam attigi, suo merito
 laudati RAMAZZANI, qui in adnotationibus
 in Ludouici Corn. Veneti tractatum de vitas sobriae
 commodis, opp. edit. Geneu. 1716, p. 223 ita habet:
 Recto quidem ac sapienter senectutem vitae melio-
 rem partem adpellat, cum in ea actate homines,

corporis illecebris nimis infesti, prudentiam cete-
 rasque virtutes exercere valeant. Seneca oppsola
 LVIII. ait, dubitari posse, an senectus faex vitas
 sit, an liquidissimum et purissimum quiddam. Ego
 autem problema illud sic solum posse credere:in:
 faecem vitas esse senectam in his, qui Beccio et
 Veneri indulserint, aliisque delictis; parum autem
 et sincerum esse quiddam in iis, qui in iuuentute
 et virili actate frugalissimi vixerint. cet.

(g) CIC. de Amicit. cap. XXIII. extr.



78 M 428


Sign. (188) fehlt bzw.
koll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40



138

M N H M O Σ Y N O N

V I R I

NOBILISSIMI AMPLISSIMI
DOCTISSIMI QVE

IOANNIS GVILIELMI DEBRANDI

GOTHANI CLASSIBVS SVPERIORIBVS
INORVM COENOBII INSPECTOREM AGENDI
VLTRA ANNOS LIIL FIDELISSIME
PERFVNCTI

ET MERITIS VENERANDI
E AETATIS ANNO LXXXVII

XII IANVAR. A. MDCCCLVI

E AD IMMORTALIA TRANSLATI
PARTE CADVCA FVNERE MATVTINO
DECENTER HVMATI

RIAE ET HONORI DEBITVM
T COLLEGARVM NOMINE
CONSECRATVM

A

HENR. STVSS
GYMN. RECT.

LITTERIS REYHERIANIS.

